



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Psevdo-Poenitens Correctvs. Sive Doctrina Ecclesiae  
Catholicæ, & Sanctorum, solemniorúmque Doctorum, De  
Vera Poenitentia ...**

**Dionysius <aus Werle>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1692**

Lector Benevole.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41634**





*Lector Benevole.*

**Q**uia per huncce Tractatum non nisi personales complurium Catholicorum, quoad Contritionem & Satisfactionem, defectus ( Doctrinâ Ecclesiæ & Sanctorum solemniorumque Doctorum iisdem ob oculos positâ ) correctos volo; specificam & numericam peccatorum mortalium, post diligens conscientiæ examen memoriæ occurrentium, confessionem, vel in re ipsâ, vel in voto ad veram ac salutarem pœnitentiam jure Divino necessariam esse ( adeo, ut quisquis eam apud legitimum sacerdotem facere non vult, simpliciter *pseudo-pœnitens* sit ) Protestantibus aliàs, Tractatu jam parato, ad oculum demonstrabo: iisdemque, quoad controversam de Satisfactione doctrinam tunc etiam plenissimè satisfiet. *Pseudo-pœnitentem* verò hic voco, cujus pœnitentia ( Confessionis integritate suppositâ )



tâ ) nihilominus vel *simpliciter* , vel *secundum quid* falsa est. *Simpliciter* pseudo-pœnitens, & inferno obnoxius est, cujus pœnitentia interior non valet; quicquid tandem exteriùs agat : *secundum quid* verò pseudo-pœnitens, ac purgatorio, & (quod peius est) etiam summo in peccata mortalia, vel in ipso quoque mortis agone relabendi, & sic in æternum pereundi periculo obnoxius est, cujus pœnit. interior utcunque valuit, sed exterior ejusdem viribus & peccatis nequaquam congrua aut conveniens fuit. Vale; & nequaquam à me, sed mecum à melioribus, immò ab optimis per me conquisitis Doctoribus disce, quidnam utrobique factu sit opus: Quia quamplurimi etiam ex iis, qui in verâ Christi Ecclesiâ accuratè quoad speciẽ & numerum confitentur peccata sua, nihilominus malè confitentur, & turmatim in gehennam descendunt; ut c.

I. art. 5. §. 25. c. 2. art. I §. 9. nec non  
toto capite 9. videbis.

IN-